



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Svmmvla Caietani**

**Cajetan, Thomas**

**Antverpiae, 1575**

Desperatio est obiectum fidei: & per consequens damabilis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41716**

112 Fama proxii.

de virtute maiore, aut persona maior deridetur: ut  
quum deridetur iusti simplicitas, aut persona in ex-  
emplum Ecclesie posita, &c. Quod si in Deum &  
sanctos fiat, & non est simplex irrelatio, sed blasphemia,  
ut paret ex supradictis.

*Desperatio est obiectum fidei: & per  
consequens damnabilis.*

**D**esperatio, qua quis desperat, seu non sperat con-  
sequi futuram beatitudinem, peccatum mortale  
est: quia est omissio actus necessarii ad salutem ater-  
nam, impossibile est enim sine spe operari ad tam ex-  
celsum præmium consequendum, sicut sine fide.

*Famam proximi qualitercumque de-  
migrans mortaliter peccat.*

**D**etractio qua quis famam absentis denigrat, pec-  
catum mortale est: quia contra magnum, proxi-  
mi bonum, famam scilicet, tendit formaliter sumpta,  
hoc est ex intentione lœdendi famam: siue fiat dicen-  
do verum, siue falsum, siue afferendo, siue referen-  
do, siue addendo, siue minuendo, siue interpretando,  
siue tacendo, & quotis alio modo. Si vero non for-  
maliter quis derrahat (hoc est non ex intentione lœ-  
dendi famam proximi, sed ex loquacitate, aut, &c.)  
non est peccatum mortale: quia non nisi materiali-  
ter detrahit: nisi adeo mortaliter inde lœdatur fama  
proximi, ut actus redeat in naturam suæ formæ, dum  
non curauit cauere à tanta proximi lœsione. Simili-  
ter peccati veniale est, si detractio sit formalis, sed in  
minimo: quia minimum quasi pro nihilo accipitur à  
gatione. Simile autem est iudicium de auditione de-  
tractoris, scilicet quod si ex complacetia infamiae pro-  
ximi audit, peccatum est mortale. Et si non malo ani-  
mo audit, vel peccatum non est: ut si necessitate, aut  
pietate